QVINTA CATECHISMI PARS, IN QVA COMPREhenduntur membra diſtincta tria:

PRIMUM MEMBRUM DE POENITENTIA.

Exordium generale, in quo agitur de ordine, quare hæc Catechiſmi pars, præſenti loco rectè tradatur, videl. ut:

- *1. Baptizati moneantur de reliquiis peccatorum, & quotidiana pœnitentia idcircò agenda, &c.* Celich.
- *2. Homines lapſi poſt regenerationem, non recurrant ad Baptiſmum, ſed pœnitentiam & abſolutionem.* Id.
- *3. Refutentur & confundantur ii, qui lapſis poſt Baptiſmum denegant gratiam, &c.* Id.
- *4. Diſcrimen ſervari poſſit inter eos, qui ad ſacram Synaxim ſint, vel non ſint, admittendi, &c.* Id.

Loci de pœnitentia 3:

- *1.* De *Vocabulo,* Buſſe: *quò ad eius:*
  - *Notationem, in lingua:*
    - *Latina, à dolore & mœrore.* Fiſch.
    - *Græca, à novitate vitæ,*
    - *Hebræa, à Reſipiſcentia, &c.*
    - *Germanica, à pecunia mulcta, ſolemus enim dicere:* Der gibt ſo vnd ſo viel zur Buſſe/damit büſſet er ſeine Verwirckung / *&c.*
  - *Significationem. Interdum enim ſumitur pro:*
    - Contritione tantum, *ut Matth. 3. Agite pœnitentiam & credite Evangelio. Luc. 24. Ita ſcriptum eſt, & ita oportuit* Chriſtum *pati ac reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari in eius nomine pœnitentiam ac remiſſionem, &c.* Gig.
    - *Tota converſione hominis ad Deũ, Matth. 3. Agite pœnitentiam, quoniam prope, &c. Matth. 9. Veni peccatores vocare pœnitentiã & non iuſtos. Luc. 13. Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ita peribitis. Rom. 2. An copiam benignitatis eius, etc.* Id.
- *2. Vide liter. G.*
- *3. Vid. lit.* N.